



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 13. Leonard. Constantinop. Patriarcha Latinus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV.  
A.C. 1302.

§. XII.

*Othmanus Turcarum Sultanus  
primus.*

**V**erum, ne huic negotio curam tantam  
quantam id postulabat, impenderet,  
prohibebat miserabilis status Imperii,  
quod ex omni parte, præsertim in An-  
atolia invadabant Turcæ ductu celebri-

*Pococ. suppl. Othmani.* Habuerat is patrem Ortogru-  
p. 41. lum filium Solimani, primi, quem sibi  
*Bibl. orient.* mus, hac ex familia Principis, quæ ve-  
niens e loco trans Euphratem sito in-  
natolia sedem posuit sub præsidio Alaë-  
dini Sultani Iconii e stirpe Turcarum  
Seljucidarum. Ortogrul decesserat an-  
no 1288, Epochæ Arabicæ 687; & hu-  
jus anno 699, Christi 1299 Othman illius  
filius ab Alaëddino impetravit titulum  
Sultani in locis, quæ Græcis eripuerat.  
Tale fuit initium familie Turcarum Or-  
tomanorum Constantinopoli hodie ex-  
gnantis.

§. XIII.

*Leonardus Constantinopolitanus P-  
triarcha Latinus.*

**I**nterim Papa pergebat hujus urbis P-  
triarchas Latinos dicere. Cum Pan-  
taleon Justinianus an. 1286, ac Petrus  
succes-

successor ejus fuissent mortui, solus, qui sæcul. XIV.  
hac in Ecclesia restabat, Canonicus ab A. C. 1302.  
sentibus reliquis elegit Patriarcham; qui <sup>Sup. lib. 84.</sup>  
vero suum jus Papæ arbitrio cessit. Ea <sup>§. 12.</sup>  
res huic præbebat aniam scribendi ge- <sup>Ragn. 1286.</sup>  
nerales litteras ad Canonicos patriarcha- <sup>n. 35. 1302.</sup>  
lium quatuor Ecclesiarum Constantino- <sup>n. 27.</sup>  
politanæ, Alexandrinæ, Antiochenæ, ac  
Hierosolymitanæ. Præcipiebat, ut,  
quamdiu his in locis dominarentur Ichni-  
matici, aut ethni ci, nullus eligeretur Pa-  
triarcha sine permisso Summæ Sedis, cui  
vacatio quampridem indicaretur. Da-  
bat 23 Dec. 1302. Idecirco Papa Boni-  
facius per diploma ultimo Martii anno  
1302 editum Leonardum Venetæ ad S.  
Bartholomæum paroecia Curionem no-  
minavit Patriarcham Constantinopolita-  
num; & quia in urbe a Græcis occupa-  
ta residere non poterat, eundem fecit Ar-  
chiepiscopum Cretæ, seu Candiae tunc ad  
Venetos pertinentis.

#### §. XIV. novi non nisi res.

#### Concilium Rupe Fidei habitum.

Consalvus III. Archiepiscopus Toleta-  
nus, Castellæ Cancellarius, & antea  
Episcopus Conchanus Rupe Fidei in ve-  
tere Castella concilium celebravit i A-  
prilis coeptum, & 13 Maji finitum hoc <sup>to. 11. conc.</sup>  
anno 1302. Aderant ex Suffraganeis <sup>p. 2444, 2453</sup>

Hist. Eccl. Tom. XXII.

i ejus